

De Augmento Monet. 159

contra D. Magistrum, & Auditorem Camera
 Pipinum, quæ liquidatio facile fieri potest, vt dixi
 conclusionem quinta. & ita interpretandam æsti-
 mationem antiquæ monete, de qua loquuntur iu-
 ra, in c. cum olim. & c. in canonicis. de censibus.
 Et eodem modo respondetur ad quartum argu-
 mentum. Quinto & sexto dicit non militare Bar-
 doctinam post eundem Purpur. quotiescunque
 bonitas eadem non est, quæ erat tempore contra-
 ctus, sed ista eadem sunt cum superiori, & possent
 procedere si floreni valor creuisset, si cui creuit va-
 lor auri, & argenti, sed hic non attendi istud aug- 84
 mentum, quia floreni valor nunquam mutatus
 est cum semper valuerit grossos 12. & arguere a
 mutatione auri ad mutationem floreni quando
 eadem moneta minuta est in vsu, est quedam sub-
 tilitas, & chimera ab optimo iudice reiicienda. Et
 quod dicit Curt. in l. cum quid num. 22. videri sibi
 Bartoli opinionem quam communem fatetur, ni-
 mis rigorosam, retorquetur contra ipsum, cum
 rigorosior sit opinio contra debitorem, vt ipse
 compellatur, & grossiorem monetam perquirere,
 posita opinione quam tenui supra, quod totum
 debitum maioris summx non possit in minuta pe-
 cunia solui, & contra conventionem aliam spe-
 ciem cum damno soluere, ac maiorem floreno-
 rum quantitatem quam promiserit tradere: Imo

ma-